



Expurgate vetus fermentum ut sitis

Enoua p̄persio sicut estis azimi. i. 1. Cor. v. So-
linus li. vij. de mirabilibus mūdi dicit. Sūt q̄
dam fontes in pfundo maris q̄ dū eam quam
in se habēt viscositatē sursum mittūt atq̄ pur-
gant. cōstat eo anno fieri securitatē nauigadi.
Ideo hoc naute obseruāt q̄ dum ad longinq̄s
ptes ire appetūt. spumā maris atq̄ aliā super
natantē viscositatē diligenter inspiciunt et ad-
uertūt. vt sic secure possint ad portū nauigare
Moraliter p̄ mare ad p̄ns est q̄libet peccator
designatus. qz sicut mare semp in se ē salsum et
amarū. qz dicit Arif. ij. methē. Dulce propter
leuitatē sursum fert. s. salsum ppter grauitatē
subt⁹ manet. ergo pluuiā aqua dulcis ē. ma-
re vero salsum. Sic est quilibet peccator in se
amarus. ppter grauitatem p̄sciētie. Iux illud
Hiere. ij. Uide q̄ maluz et amax sit reliq̄sse te
dñm deū tuuz. et non esse timorē eius apud te.
Istius maris fundus ē cor. De quo Eccl. lviij.
Cor impij quasi mare feruens qd̄ quiescere nō
p̄t. In hoc fundo cordis sunt fontes malaz co-
gitationū. Mat. xv. De corde exeūt cogitatio-
nes male. homicida. adulteria. fornicationes
furta. falsa testimonia. et blasphemie. et Mar. c.
vij. hic addūt auaricie. neq̄cie. dol⁹. imprudē-
tia. ocul⁹ mal⁹. supbia et stulticia. Isti qd̄ fon-
tes malaz cogitationū debēt p̄ p̄fessionē sur-
sum mittere viscositates vitioz. qz cu3 mētes
hūane p̄ p̄fessionē a p̄auitate vitioz et malicie
fuerint expurgate. tunc tp̄is securitas magna
patebit eūdi ad portū patrie eēne et sempiter-
ne. **I**dcirco naute. i. plati q̄ regūt nauē sancte
ecclesie. diligēter debēt attēdere vt viscositas

a cordibus subditoz expurget si velint cum
ipsis ad celi patriā secure nauigare. q̄re ap̄lus
qui rexit nauem ecclesie hortat sibi cōmissos. vt
tales viscositates et spūales spumas vitioz
eiciant et expurgent. cum dicit. **Expurgate ve-**
tus fermentū. In quib⁹ qd̄em verbis duo osten-
dit. videlz expurgationē iniquitatis ibi. **Expur-**
gate. et ostēfionē puritatē. ibi. vt sitis noua cō-
spersio. **A**irca qd̄ notādū fm naturales multa
sunt volatilia q̄ i nidis suis immūdictas et ster-
cora nō pmittūt. sed eas expurgāt et eiciunt. et
ad hoc faciēdū pullos suos instruūt. sic patet
de colūbis p̄ncipaliter. q̄ vt ait Abysso. habēt
simū ardentē quē de nido abijciunt. et pullos
vt abijciāt instruere p̄sueuerūt. **M**oralit̄ deus
oipotēs q̄ gerit curaz de hominib⁹ quos crea-
uit. vniuersa q̄ p̄duxit obsequijs eorum depu-
tauit. **I**dcirco omnia volatilia que p̄mo dedit
homini i obsequiū obiectōis di. Gen. j. **D**ñs
mini piscib⁹ maris et volatilib⁹ celi. et deinde i
eduliū refectōis dedit etia3 ea i magisteriū in-
structionis vt ab eis exempla vitia expurgan-
di caperemus. Iuxta illud Job. xij. **I**nter-
roga iumenta. et docebunt te. et volatilia celi et in-
dicabunt tibi. **A**d p̄fens autem p columbas in-
telligūt viri et sancti homines ppter tres cau-
sas. **P**rima qz columbe sunt forme simplicita-
tis. eo q̄ carent felle. sic et hoīes boni et deuoti
sunt simplices. id ē. sine plica. s. peccati mortu-
lis. Iuxta illud Matth. x. **E**stote ergo prudē-
tes sic serpētes. et simplices sic colūbe. **S**cda
rōne puritatis. qz colūbe mūde sūt solū mūda-
gna comedētes et imunda relinq̄ntes. Ita bo-
ni hoīes studēt i oib⁹ eē mūdi atq̄ puri. vt q̄li-
bet dicere possit cū zara Tob. iij. mūdā fuauit
aiaz meā. **T**ertia qz columbe sunt emule picta-
tis. nam circa pullos suos magnum ostendūt
pietatis et sollicitudinis affectū. **A**lienos insu-
per pullos nutriunt. q̄ omnia ex pietatis affe-
ctu hoīes sancti et boni faciunt. isti enī de suis
subditis vel domesticis sollicitam curā gerūt.
animaduertētes illud. j. Timo. v. **Q**d̄ allegat
beatus **Ambrosius** dicens. **H**i qui suor et ma-
xime domesticorū curā non hūt. fidem negant
Glo. quā debēt habere ad p̄sonas dictas. quā
negātū factū debitum auxilium eis subtrahē-
do. et est infideli deterior. id ē. in hoc grauius
peccat q̄ paganus. qui fidem cristi nō habet
Insuper boni et sancti homines pietates erga
extraneos ostēdunt. errantes dirigūt. paupe-
res suscipiūt. Iux illud Eccl. lviij. **E**genos va-
gosq̄ induc in domū tuam. **E**t qz hoīes in his
trib⁹ rōnib⁹ boni et sancti silant colūbis necē
ē etiam vt ab eis discant. et stercus peccatorū
venialium d̄ nido cordis eiciant et expurgent

in h. s. l. d. s. s. H. 1534

In festo pasce

primi ratiōis

si digne sanctam eucharistiam sumere desiderant. ex quo mortalia non habent. Unde nota quilibet homo deuotus et bonus debet venialia expurgare de corde suo. et ea vitare in quantum est in ipso propter multiplicem effectum qui inde procedit. **Primus** quia peccata venialia ad penam obligant. non autem determinate et precise obligant ad penam eternam. vel purgatoriam. vel presentis satisfactionis. **Secundus** ad aliquam istarum. quoniam finis fori ecclesie presentis satisfacit homo leuiter pro peccato veniali. **Sed** finis fori purgatorii punitur grauius. **Sed** finis fori inferni pro veniali punitur grauissime. quia eternaliter. **Dicit tamen** Thomas prima secunde. q. viij. in responsione ad argumentum secundum. Eternitas pene non debetur veniali propter grauitatem culpe. sed propter irremissibilitatem ipsius. quando videlicet cum mortali coniunctum est. **Pena** tamen illata in inferno pro mortali incomparabiliter maior est quam illata ibidem pro veniali. **Secundus** effectus quare peccata venialia sunt expurganda est. quia animam maculat. **Et** ponitur exemplum tale de imagine depicta. que interdum denigratur quod videri non possit. **Aliqua**do vero sic obscuratur ut videri quidem possit sed tamen bene nec plene discerni. **Et** propter talem differentiam dicit beatus Gregorius quod veniale obscurat. mortale obtenebrat. **Tertius** effectus quod feruorem charitatis minuunt. sicut enim aqua in ignem proiecta. licet ignem non extinguat. feruorem tamen illius temperat. **Sic** peccatum veniale licet charitatem non tollat. feruorem tamen minuit charitatis. **Et** quia illud sacramentum hodie a christifidelibus ex statuto ecclesie sumendum est sacramentum maxime charitatis in quo gratiam redemptionis nostre recensamus memoriam. **In** quo a malo retrahimur. et confirmamur in bono. et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa. ut Clemens. si dominum. de reli. et vene. sanct. **Ideo** in magno feruore charitatis est accipiendum. **Et** quia veniale hunc feruorem tollit. idcirco est per confessionem et penitentiam expurgandum. quod vult hic apostolus. **Expurgate** inquit verum fermentum ut sitis noua conspersio etc. **Quia. i. Cor. v. Modicum** fermentum corrumpit totam massam. **Quartus** effectus est. quod potenti as anime in exercitio virtuoso lassat. **Pecte** si cut quando ponitur onus super equum minus erit promptus ad ambulandum. **Sic** peccans venialiter erit minus promptus ad exercitium virtuosum. **Sed** quia sumere volentes hunc cibum salutiferum debent se prius in operibus virtuosis exercere. idcirco necesse est ut

peccata venialia studeant expurgare. **Quintus** effectus quod hominem a gloria retardat. quia homo qui sine peccato veniali est statim pro mortem posset in celum euolare. **Propter** enim propter unum peccatum veniale ad tempus in purgatorio expectare. sic de hoc dicit sanctus Thomas in summa contra errores gentilium libro tertio. c. xliij. ponens differentiam inter peccatum mortale et veniale dicens. **Peccare** contingit dupliciter. **Uno** modo sic. quod totaliter in retio mentis abruptatur ab ordine ad deum qui est ultimus finis bonorum. **Et** hoc dicitur peccatum mortale. **Alio** modo sic quod manente ordine humane mentis ad ultimum finem impedimentum aliquod offeratur per quod retardatur ne libere tendat ad finem. et hoc dicitur peccatum veniale. et subdit. **Si** secundum differentiam peccatorum oportet esse differentiam penarum consequens est ut ille qui peccat mortaliter sit puniendus. sic quod excedit ab hominis fine. **Qui** peccat venialiter. non ita quod excidat. sed ita quod retardetur ut difficultate patiatur in adipiscendo finem. **Sic** enim iustissime seruatur equalitas. ut quando homo peccando voluntarie a fine se diuertit. ita penaliter contra suam voluntatem in finis adeptione impediatur. **hec** Thomas. **Et** merito impediatur. quia nunquam facies dei ab aliquo videbitur. donec fuerit a peccatis venialibus cum quibus discessit sufficienter purgatus. **Oportet** enim quemlibet ita mundum esse antequam habeat visionem beatificam. sicut fuit in innocentia baptismali. **Sextus** effectus est. quod bona glorie nobis minuit. non illa quidem que iam debentur. et que habemus ibi per merita reposita. sed ad istum sensum quod maius premium haberemus si peccata venialia non fuissent commissa. **Tu** quia peccata venialia feruorem charitatis impediunt. ratione cuius maius premium debetur. **Tu** etiam quod medio tempore quando peccamus venialiter possunt fieri virtuosa opera. propter que premium vite eterne augetur. **Septimus** effectus est quod venialia sunt sepe occasio mortalium peccatorum. **Et** hoc potest fieri tribus modis. **Primo** ex conscientia. ut loqui verbum ociosum quod in se est veniale peccatum. si tamen sit contra conscientiam sit peccatum mortale. quia tunc spernitur bonum incommutabile. et fit auersio a creatore suo. **Ideo** dicit magister sententiarum super illo verbo apostoli ad Romanos. xliij. **Omne** quod non est ex fide peccatum est. **Et** omne quod sit contra conscientiam edificat ad gehennam. **Et** ponitur. xxviij. q. i. ca. omnes deinceps. et i ca. litteras. d. restitui. spoli. et ibi concordat ex complacentia. quia dicit

beatus Aug. et ponit. xxv. di. vnum orarium.
Nullū peccatū est adeo veniale qñ sit mortale si placet. quasi diceret. Nihil adeo est veniale cuius simile eiusdem speciei non sit mortale propter placentiā. *ut exponit Alanus super ij. Cor. iij. et addit idem doctor.* Peccatū inquit potest dupliciter placere. sicut ē peccatū veniale de dilectione vxoris et filiorū. Potest enim quis ita tenere diligere vxores et filios q peccat licet venialiter. et etiam in puncto mortis non vult retrahi ab illo amore. nec displicet ei q tam tenere diligit eos. et talis in puncto mortis peccat mortaliter. Vel potest quis ita diligere vxorem et filios. q etiam displicet ei q tam tenere diligit eos et reluctat. Sed affectus carnalis delectationis vincit. sic talis peccat venialiter. Et potest discedere cum venia sine mortali. et illud peccatum ei in purgatorio remittetur. Tercio ex dispositione. q per frequentem lapsum in venialia homo disponitur ad mortale. Sicut de modica scintilla consurgit magnus ignis. Ideo dicit sapiēs Qui minima negligit paulatim defluit. Et beatus Augustinus ait et allegatur a magistro sententiarum. li. iij. distinct. xvj. c. v. Illa que humane fragilitati quous parua tamē crebra surrepunt. que si collecta fuerint contra nos ita grauabunt nos et oppriment sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium. an vno grandi fluctu nauis operiatur et obzatur. an paulatim surrepēs aqua in sentinam per negligentia impleat nauem et submergatur. Quod non sic est intelligendum. q venialia multiplicata faciant vnum mortale siue q possint ita subuere sicut vnum mortale. Sed q occasione venialium et assuefactione cadit homo faciliter in mortale. Sicut assuefactio iurandi est occasio periurij. Ideo quilibet homo deuotus et fidelis christianus debet peccatis venialibus inquantū potest reluctari. Et si aliquod contraxit et commisit debet per confessionem expurgare scōm exhortationem apostoli. Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio. quasi diceret. Abijcite a vobis totaliter corruptionem cuiuscunq peccati venialis. vt sitis noua conspersio. id est. farina alba delicata per aquam gratie conglutinata. Sicut estis. i. esse debetis. azimi. id est. sine fermento vitiorum. Et subdit causam. et est digna comestio agni pascalis quam tangit cum dicit. Tenuim pasca nostrum immolatus est christus. quasi diceret. vtiq puri esse debetis. quia christus immo-

latus est pro nobis in passione tollens omnia peccata nostra. Secundo per columbas que expurgant stercus aut finum de nido suo intelliguntur mali homines. Iuxta illud Osee. x. Affraym factus est quasi columba seducta. Et affraym interpretatur augēs. et significat peccatores. qui semper augent vnum peccatum super aliud. Quia per Gregorij. iij. moral. peccatum quod per penitentiam nō diluitur mor suo pondere in aliud trahit. Et hic quide peccator ē quasi columba seducta a diabolo. Adparantur autē mali columbis primo ratione dolositatis. Dicit enim magister li. xij. proprietatum q inuenitur aliquando columba que ad deceptionem auis est instructa. Nam sociat se alijs. et ad rete eas adducit. et ideo primo intrat rete aucupis. et se cum alijs inuolui permittit. et sic sibi amicitie specie duz ad pascua allicit eas ad interitum trahit. Ito modo faciūt etiam quidam fraudulentis lufiores qui se fictē cū quibusdam imprudentibus sociant. et pro eis ludunt. seqs quandoq expoliari permittunt. et omnem pecuniam eis commissam faciliter perdunt. Vel si ludunt pro seipsis colludentes nequiter decipiūt. Et tales multa peccata i hoc ludo committunt. Primū est cupiditas que habetur in desiderio lucrandi. De qua. j. Timo. v. Radix omnium malorum cupiditas. Et habetur allegatiue. xlvij. dist. c. bonoz auctori. et. xlix. dist. c. hinc etenim. Secundum est rapina que attēditur in voluntate spoliandi. De qua. j. Cor. vj. Rapaces regnum dei possidere nō possunt. Tertium ē vsura maxima. quando lufor vno denario vel grosso decē vel vigin ti. centum vel mille lucratur. Et hoc non solū in vno anno vel hebdomada. sed eadem die. vt extra de excessi. prelat. c. inter dilectos. Quartum est mendacium quod in ludo multipliciter coniungit. p̄s. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et Job. xj. Nunquid viri mendaces iustificabuntur? quasi diceret. nō Quintum est execrabilis iuratio. De q Eccl. xxvij. Loquela multum iurans horripilationem capiti statuit. et irreuerentia ipsius obturatio auris. quasi diceret. Talis iuratio incutit horrorem homini. et per consequens facit horripilationem. Ibi etiā est nominis dei abusus qd homines abhorrent aures suas auertētes. Sextum est blasphemia. que committitur in deum. De qua beatus Aug. super illo verbo Matth. xxvj. blasphemauit. Nō inquit minus peccant qui blasphemant deum regnantē in celis q qui crucifixerunt eum ambulātem

In festo pasce

in terris. Refert enim **A**piarius dicens. In
 167. brabantie partibus in vrbē **l**ouanio ciuem vi-
 dimus generosum et bonum qui in nocte san-
 cta parasceues ad matutinas surgens transi-
 bat ante cellarium in platea in quo perditissi-
 mi adolescentes ad ludum tasserum conseden-
 tes blasphemis et iuramentis inuicem contē-
 debant. Inuenit igitur hominem ignotū quen-
 dam plagatum miserabiliter et cruentatū san-
 guine. quem homines ante cellarium cum ma-
 gno murmure deplangebāt. qui cum quereretur
 actorem lesionis tante quis esset. homines re-
 sponderunt. qui hic in cellario ad tasserum se-
 dent. **M**ox igitur ingressus ciuis properat lu-
 dentibus tali nocte. et eos duris verbis inter-
 rogauit. Cur homines ignotum ad eos ingres-
 sum tam crudeliter verberassent. Attoniti au-
 tem illi negant aliquem ad se intrasse postq̃
 confederant. nullumq̃ ab eis verbo vel verbe-
 re lacescitum. **E**t mox cum ciue omnes surgen-
 tes querunt hominem cruentatum. nec eum
 inuenerūt. **C**onuersiq̃ singuli ad seipso animaduertūt in iuramentis suis et blasphemis
 terribilibus christum cruciasse. **E**t quo facto
 dominus in cellario cuius lusofores consede-
 rant tanta contritione permotus est. vt om-
 nia que per vsuram rapuerat. iniuriatis resti-
 tueret. et vitam suam beate terminaret. **S**e-
 ptimum est corruptio proximorum qui ad lu-
 dum respiciunt. **D**e quo **G**regorius. Qui ma-
 lum exemplum alijs prestiterint sunt pena du-
 plici puniendi. **O**ctauum est contemptus pro-
 hibitionis. quia ludi sunt prohibiti. vt. **A**. de
 lud o alec. l. ludus. **E**t ibidem dicitur. Si quis
 illum verberauerit. in cuius hospitio lusum
 est in alea pro aliquo magno. vel si aliquid sibi
 tra ctum eidem fuerit iudicium ei non datur.
Et hoc intelligit **b**asso de illo qui lusofores alec
 consuevit recipere causa sui alimenti. **S**ecus
 autem si apud aliquem incidentaliter ludatur
 vel accidentaliter ludatur. **A**. ff. de ludo alec
 l. ij. dicitur. **O**mnis ludus qui innititur for-
 tune prohibetur. **E**t si cesares ludos probi-
 buerunt. qua ratione domini terrestres et ci-
 uitatum rectores huiusmodi admittunt. **C**er-
 te dico q̃ omnia peccata in ludis commissa ab
 eis in diuino iudicio exigentur. vt de senten.
 excom. c. quante presumptionis. vbi dicitur.
 facientes et consentientes pari pena plecten-
 dos. **E**t subdit. Ille autem consentit qui cum
 possit manifesto facinori desinit obuiari. **E**t di-
 cit **B**ernardus. **C**onsentientes hic intelligere
 per comparisonem scilicet prestando auto-

ritatem. **S**icut domini qui auctoritatem dant
 lusofores ludendi. tales eadem pena puniun-
 tur cum facientibus. et sic intelliguntur ver-
 ba ista cum inuenies ea. vt dicitur. ij. q. j. no-
 tum. et. xvij. q. iij. omnes. et de offi. delega. c.
 j. **N**onum est temporis amissio. **D**e quo dicit
Bernardus. **O**mne tempus nobis ad peniten-
 tiam concessum diligenter a nobis requiretur
 quomodo sit expensum. **D**ecimum peccatum
 est fraus et dolus. et hec omnia tangit metri-
 sta. **S**candala. blasphemia. perditio. **G**losa.
 temporis. raptus. vsura. **M**endacium lucra
 corruptio spretio rixa. **S**unt ludi vitia fraus
 quoq̃ periuria. **E**t quia in ludo sunt tam mul-
 ta mala crimina et peccata. ideo lusofores nul-
 lo modo debent accedere ad agnum pascalem
 christū. scilicet ipsum sumendo. nisi omnia ista
 peccata fuerint ab eis penitus expurgata. **E**x
 purgate igitur o lusofores vetus fermentum iam
 dictorum peccatorum vt possitis sumere regē
 angelorum. **S**ecundo comparantur mali co-
 170. lumbis ratione curiositatis. **N**am columba
 est curiosa. quia super arbores sedens mul-
 tum circumspicit super quem ramum scande-
 re velit. et quasi deliberando collum vndiq̃ cir-
 cumflectit. **S**ed sepe dum tantum deliberat an-
 teq̃ volatum arripiat eam sagitta perforat. et
 ideo volatum non perficit. que quidem citius
 facere potuit tempore oportuno non perfici-
 cit vt dicit **G**regorius. **M**oraliter quilibet pec-
 cator qui in peccatum mortale cecidit debet
 statim peccata confiteri dum poterit habere
 copiam confessoris. et penitentiam agere pro
 peccato. **I**uxta illd **E**ccl. xxi. **F**ili peccasti. sci-
 licet ex fragilitate humana non adicias iterū
 scilicet peccatum. **S**ed de pristinis deprecare
 scilicet statim per te. et non per alios. vt tibi di-
 mittantur. **S**ed sunt nonnulli vel saltem semel
 in anno nolunt volare per confessionem de ra-
 mo arboris. id est. de actu vel conscientia ali-
 cuius peccati vel criminis. et ad meliorem ra-
 mum. id est. ad statum penitentium se transfer-
 re. **E**t monentur ex decretali. extra de peni. et
 remis. c. omnis. vbi dicit **I**nnocentius. **O**mnis
 vtriusq̃ sexus postq̃ ad annos discretionis
 peruenerit. omnia sua peccata saltem semel in
 anno confiteatur proprio sacerdoti. **E**t iniun-
 ctam sibi penitentiam proprijs viribus stu-
 deat adimplere. suscipiens reuerenter ad mi-
 nus in pasca eucharistie sacramentum. **S**ed
 per hanc decretalē nihil aliud probari potest
 nisi q̃ quilibet christianus habens annos di-
 scretionis debet saltem semel in anno confiteri

legit

Sermo secundus de pasca.

Resurrectio

На 4